

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Schütze

**M. Johannis Schützens/ Superintendentis Mecklenburgici, Literae Ad Symmystas
Et Pastores Ecclesiarum Suae Curae Et Inspectioni Subiacentium, De Doctrina
Catechetice, Vita Autem Pie Ac Inculpate Instituenda, Paraeneticae**

Sverin: Schröder, 1687

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746160992>

Druck Freier  Zugang



Fi
1008

8



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746160992/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746160992/phys_0001)

DFG

Fi - 1008



M. JOHANNIS
Schützens/
SUPERINTENDENTIS
MEKLENBURGICI,
LITERÆ
AD SYMMYSTAS ET PASTORES
ECCLESiarum suæ CURÆ ET INSPEC-
TIONI SUBJACENTIUM,
DE
DOCTRINA CATECHETICE, VITA
AUTEM PIE AC INCULPATE INSTI-
TUENDA,
PARÆNETICÆ.

SVERINI,
Typis PETRI SCH RÖDERI
ANNO M. DC. LXXXVII.

F.i. - 1008.



Perquam Reverendis, Praclarissimis Pietate
& Eruditione conspicuis

DOMINIS
PASTORIBUS

id. Diœcesi Sverinensi, Symmystis, Fratribus &
Conservis suis in Ministerio Christi

Dilectissimis

GRATIAM ET PACEM

A

PATRE LUMINUM PER CHRISTUM





X. qvo Singulari Numinis beneficio, &
Clementissimâ voluntate SERFNSI-
SIMI, CELSISSIMI QE PRINCI-
PIS AC DOMINI, DOMINI

CHRISTIANI LUDOVICI,

DUCIS MEKLENBURGICI, PRINCIPIS
VANDALIÆ, SVERINI, ET RATZEBURGI,
COMITIS ITIDEM SVERINI, TERRARUM
QE ROSTOCHII, ET STARGARDIÆ DO-
MINI INQ; ORDINE REGIS CHRISTIANIS-
SIMI EQVITIS, PRINCIPIS AC DOMINI NO-
STRICLÉMENTISSIMI, SUPERINTENDEN-
TIS Ecclesiarum Ducatus Sverinenis Provinci-
am, meis nuper impositam humeris, ornare sum
aggressus, Vos, Fratres in Christo Dilectissimi,
primâ jam vice alloqvor, hâc qvidem epistolâ
interprete usus, haud usurus, nisi & officii ratio
& veteris Ecclesiæ praxis id flagitasset. Ete-
nim de hâc constat, viguisse jam olim inter
complura literarum Ecclesiasticarum genera,

(qvarum aliæ dictæ Formatæ seu Communicato-
riæ, aliæ Commendatitiæ, aliæ Tractoriæ, Ency-
clicæ aliæ, aliæ Clericæ & qvæ non?) istas, ceu
extantiores, qvas vel exararunt recens ordinati
Episcopi ad Collegas, qvid de re aliquâ gestum
eslet, sive istos, sive alios, reddituri certiores,
dictas inde Tractorias, diverso tamen significatu
ab iis, de qvibus titulus est in codice Justinian:
itemqve Pacificas eò qvòd earundem commer-

Spondan. ad A.C.

142. VI, VII, VIII.

August. in Pl. 36

conc. 2.

Justin: l, 12.

A 2

cio

Concil. Chalced. *c. ii.* *cio Ecclesia Catholica studuerit servare unitatem fidei. Vel qvas scriperunt Episcopi qvicunqve pro Instructione Clericorum, Pastorales nuncupatas, observante Baronio, qvi addit, confuevisse Episcopos scribere has literas in tabulis eburneis, vel in chartis, & si publicè datæ, annulo signatorio communivisse.* *Nimirum, facile intellexit cana & sana ista Antiquitas!*, Episcopo, injunctorum satacturo haud esse integrum, ut suam, qvâ salutem animarum promotum it mentem, obscure præ se ferat aut dissimilet, sed reqviri omnino mentem & manum Eliæ, qvi ubi ore Zelari amplius non licuit, scribere tamen adhuc voluit. Eō namqve vocatur qvis Episcopus, ut videat & provideat, Pastoribus & ovibus, ore pariter ac calamo. Foras erumpat oportet επιστοπή, si non per alloquia, qvandoqve per absentiam ἀδύτα, certè per literas, canone D. Pauli ad Thimotheum scribentis: Hæc tibi scribo, ut scias, qvomodo oporteat te in domo Dei conversari, qvæ est Ecclesia, ceu sigillo, corroborandas.

i. Tim. iii. 15. Atqve idcircò, nec me abs re facturum esse existimavi, si ad purioris hujus Ecclesiæ exemplū, pari qvadam scriptione, Tractoriā quasi Pacificā & Pastorali Vos, Viri Fratres, salutarem, non e-qvidem, qvid mecum gestum sit, cum pleriq; id vestrum propriis oculis usurparint, indicaturus, sed qvid saltem vestri Muneris atq; officii sit, fraterne ac ὑπερμηνέως εὐνα, in aurem veluti dicturus. Id ipsum autem dum jam molior, non omnia

omnia & singula, qvæ ceteroquin necessaria reputantur, perseqvi animus est, cum integri hic libri jam dudum nobis fecerint otia. Ea saltem delibabo breviter, qvorum fidelis Verbi Minister (sicqve & Vos) petissimam habet & habere debet rationem, uti fides, qvæ perditis hisce temporibus in multorum, extremâ cum ignorantia tum malitiâ affectis animis non dicam in præcipitio constituta, sed collapsa, sed emortua, & tantum non videtur humata, vel aliqua saltem ex parte integrascat. Duo autem istæ sunt, qvorum neutrum desuper habendum. Alterum, qvod concernit Doctrinam, qvod Vitam, alterum; nam omnis επιγνωσις ἀληθειας καὶ ευσίβειας est.

In Doctrinâ eò antè omnia respiciendum est, qvò simplicioribus Verbum Dei, ex eoqve summe necessaria fidei Christianæ capita breviter, ordine & perspicue instillentur. Hinc Scriptura distingvit inter lac & solidum cibum. Illud exhibet pro rudioribus & qvasi infantibus fidei; Hunc pro adultis & magis præparatis. Scilicet Lac est simplex doctrina & generalis explicatio Elementorum fidei de Deo & tribus personis in Trinitate, de Christi persona & officio, de corruptione & restitutione naturæ humanæ per Christum, de Justitia fidei, de vitâ æterna. Cibus est specialis horum elementorum explicatio, iis in qvæstionibus, qvæ sunt controversæ. At Hæ cum non sint ad captum omnium, rarius de iis

A 3

ad

III. 1. 2.

1. Gor. III. 1. 2.

ad populum verba sunt facienda, propterea Veteribus ^m à πορείᾳ dicta, (qvo de exprofesso Casaubonus.) Contra Lac est doctrina, salvando scitu & creditu simpliciter necessaria h. e. principes & fundamentales illi articuli, jamjam memorati, utpote qvibus fides proximè atque intrinsece constituitur, fidelibus omnibus cognitu absolute sunt necessarii. Adeo, ut si unum eorum desit, aut ignoretur, aut in dubium vocetur, qvocunqve tandem occasione vel causa id fiat, salute æternâ carendum sit, nec locum ullum habeat excusatio ab ignorantia moraliter ineluctabili, vel undecunqve petita. Placuit enim ita Deo Ter Optimo Maximo, hominem, tanquam non brutam seu inanimatam creaturam, sed Intellectu & Ratione præditam, interventu aliquujus notitiae de Deo & Redemptore Christo, in qvem simul fiduciam collocare oporteat, beare, docente ipso Christo: Hæc est vita æterna, ut cognoscant Te solum Deum verum & qvem misisti Jesum Christum. Unde & Apostoli passim, istius cognitionis mentionem faciunt & contrà eaflammam ignis & vindictam in extremo die minantur iis, qui non noverunt Deum, & qui non obediunt Evangelio Domino nostri Jesu Christi. Qvare sicut, omnium rerum ignoratio æternam damnationem attrahit, ita qvarundam cognitio, ex parte Intellectus est necessaria, ut salute potiamur. Qvorum enim ignoratio à salute prorsus excludit, eorum cognitio ad salutem obtinen-
dam

dam erit necessaria. Qvæ cum ita sint, nemo
non videt, Boni Verbi Ministri, si nomen tueri ve-
lit, curas ac cogitationes omnes huc unicè opor-
tere collimare, ut Auditoribus, maxime rudiori-
bus, omnia fidei capita, qvæ medium conse-
quendæ beatitudinis æternæ ordinavit Deus, in-
culcentur sedulo.

At vero hoc, re ritè expensa, felicius expe-
diri nequit, qvam si ejusmodi tradatur forma
docendi, vulgo qvæ Catechesis dicitur i. e. insti-
tutio, qvâ prima disciplinæ elementa vivâ voce
traduntur, & per Intervalla rursus repetuntur, ut
pote qvæ antiquissima & captui Infirmorum ac-
commodatissima est. Nam & Deum ipsum
Autorem habet & jam inde à mundi exordio ob-
servata haut dubie fuit à Sanctiss. Patriarchis,
Prophetis, istis justitiæ præconibus. Nec enim
dubium, hosmet cum alios publicè de lege, Sa-
crificiis &c. informasse, tum domesticorum po-
tius curam habuisse. Sic in N. T. Paulus simili-
ter Parentes hortatur: Educate liberos in disci-
plina & doctrinâ Domini. Qvin ipse sese Cate-
chetam professus, scribit: Malo in Ecclesia qvin-
que verba sensu meo loqui, ἵνα τὸ ἄλλος κατί-
χω. Hos secuti Antiquæ Ecclesiæ, tam græcæ,
qvam Latinæ Doctores, nil prius, nil antiquius
habuere, qvam ut ipsi eandem Catechisandi
viam ingressi, alios ut idem facerent, subinde ad-
hortarentur. Quid Tertulliani; Epiphani; Ba-
silij M. Cyrilli Hierosol, Damasceni, aliorumve
Symbo-

2. Pet. II. 5.

Ephes. VI. 4.

1. Cor. XIV. 19.

Symbola & Catecheses? Quid fidei Confessiones
& Expositiones aliud sunt, quam compendiaria
totius doctrinæ cœlestis summa? Quid Augu-
stissimi illius Augustini, quem T. 4. extantem
habet, peculiaris de Catechisandis rudibus liber
ad Diaconum, cui Deo gratias nomen, nisi ubi-
rior ejusdem est Explicatio & modi ac formæ
doctrinæ Veteris exacta discussio? Adeo ergo
non puduit tanta Ecclesiæ lumina & nomina di-
vinam hanc simplicitatem scriptis pertractasse,
Quam haud minus alii, Pantænus, Clemens A-
lexandr. Origines, adhuc octodecim annorum
adolescens, Dionysius, Heraclas, ore perspicuo
exposuere, facti Magistri ~~κολλεγίου~~. Imo, qvid
dicam de ultimo Germaniæ Prophetâ, Luthero
nostro? Certe & is rem illam non parum adju-
vit restituitque. Posteaquam enim animadver-
tisset, hanc antiquitus usurpatam rudiores edo-
cendi rationem, haetenus prorsus neglectam
jacuisse, eam, ut postlimino quasi revocaret,
impense operam dedit & edito suo, quod ad ve-
terum normam composuit, Enchiridio Cate-
chetico, ut vel sic officio suo satisfacerent Paro-
chi ac Concionatores reliqui, viam prævit.

Qvocirca cum taliter jam vobis, Fratres in
Christo perdilecti, strata sit via à Viris, omni
prædicatione majoribus, nō video, qvid vestrum
cursum morari possit à strenua in hoc negocio
piissimo cooperatione? Eadem enim, qvæ illis,
& Vobis incumbit animarum tam pretiosæ re-
demitarum cura? Si vel unam harum neglexe-
ritis

non adhibita eâ, qvâ potuit fieri, in paedagogiâ
ad salutem diligentia, ah! æternum erit luenda
culpa. Similes quoque vestræ Inspectioni deman-
dati sunt Auditores, qui illis. Non doctiores, non
sapientiores, sed æque rudes, æque illiterati, æ-
tate & mente æque simplices, vel juniores vel
adulti, agricolæ, opifices, tum fœminæ, tum
viri. Qverelas Lutheri si ad vestra hæc tempo-
ra accommodare vellem, haud, meâ quidem o-
pinione, fallerer: Vulgus, inquit, præsertim au-
tem illud, quod in agris vivit, item plerique Pa-
rochi, adeo nullam Christianæ doctrinæ cogni-
tionem habent, ut dicere etiam pudeat. Cum
orationem Dominicam, Symbolum Apostoli-
cum & Decalogum non modo non intelligant,
sed ne verba quidem referre possint. Quid
multis moror? nihil omnino à bestiis diffe-
runt. Quid hic Christo respondebitis, Episcopi,
quibus illa cura divinitus est demandata? Vos e-
nim estis, quibus vel solis illa Christianæ Reli-
gionis calamitas debetur. Vos permisistis, ita-
turpiter errare homines. Vestra ea est culpa,
qui nihil minus unquam fecistis, quam hoc, quod
vestri officii erat facere. Nolo hic quicquam-
mali vobis imprecari. Ea autem an non est
summa impietas, cum maxima impudentia
conjuncta quod &c. hoc prorsus negligitis, an-
illi, qui vestræ fidei & curæ commendati sunt,
Orationem Dominicam Symbolum Apostoli-
cum aut Decalogum teneant, nec ne? Væ, Væ
vobis.

B

vobis.

vobis. Hactenus Megalander. Quid jam hic agendum? Qvænam adhibenda medela qverelis? Sanè, uti dementia foret, ~~vñ oīs~~ crambem, vel ter aut qvater coctam, velle apponere, aut homini ad stivam nato, ex Georgicis & Bucolicis Maronis præcepta obtrudere; Ita æqve, vel plus qvā stultum judicandum id esset, si qvis in informatione rudio-rum, necessariis posthabitis, vellet ~~a spōβa/ə/~~ &c ea simplici popello, lacte non duriore cibo enutriendo, proponere, qvæ captum ipsius transgre-diuntur longissimè. Nec tamen ah! paucos reperies, qvi simile, qvid tentant, die) verba iterum sunt Lutheri, im Daniel / Hosea, Apocalypsi

pref. in Zachar. und dergleichen schweren Büchern hoch her fliegen / in des gehet der arme Pösel bin / höret zu und gaffet auff solche herliche Gauckler mit grossen wunder. Wens Jahr umb ist / so können sie weder Vater Unser / noch Glauben / noch Zehn gebot / welches doch die fürnehmsten Stücke sind / als der rechte alte Christliche Catechismus oder gemeiner Unterricht für die Christen. Ich weis nicht / wie viel solche Wächer nüher für dem armen Volck sind / den die vorzeiten von Aristotell und dem geistlichem Recht predigten.

Vos itaq;, Viri Fratres, rectiora edocti, discedeite ab istis maleferiatis, qvi opus Dei adeò necessarium, adeo fraudulenter tractant, & Catechismum vestrum, Lutheri dico, ad manus sumite, hocq; negocii vobis præcipue datum, esse cogitate, ut is, inter vos & vestrum gregem usq;eq; resonet. Ille enim meretur solus præ aliis

aliis Pseudo Catechismis , Romano , Canisii , Pa-
latinus , Ostorodi , καπηλεύσοι τὸν λόγον τὸ θεόν
insignem laudem , si quidem eum achibuit ordi-
nem , qvo Deus ipse & Apostoli , Doctoresqve
Ecclesiæ usi leguntur , dum Auditores suos à
communibus principiis , qvalia in Decalogo ha-
bentur , ad verum & adæqvatum cultus obje-
ctum , Symbolo Apostolico comprehensum , de-
niqve ad colendi modum & media conseqven-
di beneficia , tūm temporalia , tūm spiritualia atq;
æterna , deducebant . Unde Justus Jonas non
sine causa dixisse fertur , credere se Spiritum S.
hunc ordinem B. Luthero dictitasse . Illum ita-
qve , nec alium ullum , vobis habitote commen-
datissimum , sic ut inde , tanq; parvis qvibus-
dam Bibliis , plebeculam erudiatis , & sine proli-
xa disputatione , qvare qvid ita credendum , qvo-
ve modo ab adversariorum corruptelis vindici-
ari queat ? τὸ ὅτι rei nude & thetice , donec in-
crementum aliquod fidei senserint Catechumeni ,
proponatis . Sed in primis videte , ut tradita toti-
dem verbis , & ne unā quidem mutata syllaba ,
ex pio Lutheri monito retineantur . Nam dis-
similes , inquit Philippus Melanchthon , & ambi-
gui modi loquendi pariunt multas , cum alias a-
liud intelligit , dissensiones , sæpè etiam errores .
Nec minus de sensu percipiendo , qvam de ver-
bis recitandis estore solliciti , alioq; similes fu-
turi Catechetis , seu Pseudo Apostolis , de qvibus
Acosta refert , plus eos in India Catechisatione
sua non efficere , nisi qvod recens conversi , instar

2. Cor. II, 17.

v. Ad. XIV. 15. sqq.

c. XVII. 23. lgg.

Rom. I. 19. sqq. &

Iren. I. i. adv. bær.

c. ii. Cyril. Hie-

rosol. op. Catech.

Basil. Hom. 1.

πρεσβ. Βασιλ. Au-

gust. I. c.

q. 1. Catech. I. i.

op. p. i.

1.4. de procurand.

Indor. salut, c. 3.

B 2

me-

mendicorum, oratiunculas qvasdam deblaterare
solo sonu, sine, sensu, sine animo.

Qværitis, qvodnam tempus studio huic Catecheto sit deputandum? Respondeo. Omne tempus. Indesinenter enim uti orandum, ita qvoq; discendum. Maxime verò, dies ille Domini maneat huic labori datus, dicatus, consecratus, integer. Secus, achodie (proh dolor!) mos inolevit, ubi post Deum coli assolet ager, hoc est, post Deum Diabolus, sed cultu, è diametro sibi contrario, & simpliciter incompossibili. Nam qvmodo efficiet sapiens, (& efficiet qvis sapientem) qvi tenet aratrum & gloriatur de hastili stimuli, boves agit & nutritur inter opera eorum, & cujus narratio est de taurorum fœtibus? Hic animum suum adjicit ad edendos sulcos & vigilæ ejus occupantur in pabulis juvencarum, qværit nervosè Ecclesiasticus? Si ergò in vitulorum salute occupantur. Qvì poterunt in salute animalium esse occupati? Ut autem constet, qvaratione Dies Dominicus in cultum unius & solius Dei hominumque culturam transfigi queat, qvam optime, commonstrabo id ipsum hic vobis, brevissimis tamen.

Eccles. xxxix. 25.

Mattb. IV.

Exordium fiat à concionibus, diebus Dominicis habendis, & aliàs, qvas adornetis velim Catechetice. i. e. Breviter, ordine & Perspicue. Breviter quidem, nam ipse Christus sermones sæpè breves habuit, nec non ipsi Apostoli, uti passim.

passim ex Actis eorundem pellucet. Quid ipsa
Ratio hoc svadet, cum, qvæ breviter dicuntur,
facilius excipientur, felicitisqve retineantur.
Qyanqvam non negemus, qvandoqve, si vel
materia & argumentum concionis, vel audito-
rium informandum postulet, protrahi sermo-
nem posse. Ordine. Ordo enim est anima
tractationis, qvæ juvat memoriam dicentis, au-
ditori subvenit, ornat & venustat totum sermo-
nem, qvi, si confusus, si non cohærens, displicet
nec ædificat. Exulet itaqve à vestris cathedris,
Methodus illa, qvam vocant, Cryptica, à multis
malè jactata, cum Christus non fuerit locutus
~~in crypta~~. Exulet Heroica Methodus, ~~apud~~ potius
qvæ est, qvam Methodus, & cùm Auto-
ribus suis dudum obiit. Id enim exploratum
est, Homiletam debere esse Didacticum Rhe-
torem, qvalem & ipsum B. Lutherum, posterio-
ribus in primis annis, nec absqve ordine concio-
natum fuisse, ex Postillis ejus domesticis, juxta
atqve Ecclesiasticis patet. Qvare nec vos in-
dignum qvid vestro officio facturos esse putetis,
si qvandoqve scripta, qvæ hodiè bene multa
prostant, Homiletica evolvatis, & ad leges ac
Præcepta accuratiōrum Methodistarum, in qvi-
bus pono Bb. Carpzovium, Rebhanium, Gœbeli-
um &c. labores vestros concinnare, allaboretis.
Perspicue deniq; proponatur Veritas & qvam
simplicissimè. Non affectentur verborum deliciæ,
qvibus sæpè numero res involvitnr potius, qvam

Job, xlix, 20.

Hodeger:
Concionat;
Methodol;
Homil.

B 3:

expli-

explicatur. Simplex oratio & familiaris optimi est, sine grandiloquentia & ~~μακροπονησι~~ nova & insolenti illa, qualem affectant Herbergerus, Meifartus, Stegmaius &c. ob id notati a B. Hülfemann. Aperte simpliciter & populariter pro suggestu loquendum, eò quod ad erudiendos promiscuae multitudinis in rebus fidei animos illud faciat vel maximè. Qvisquis autem hoc non facit, sed omnia subobscurè profert, is in juventute fundamenta fidei non satis dextre abs se fuisse posita, eò ipsis satis superque manifestat. Neq; tamen hinc sequitur, si perspicue; ideo statim & barbare ac rustice loquendum; si simplicitas sectanda. Ergo omnis ~~αντίθετα~~ sūsque deq; habenda. Quasi perinde sit. Quid qvis dicat, sive doctus qvis existat, sive minus, modo non nesciat depromere conciones pro lubitu ex manicis. Ita qvidē nō sentio, sed ex oscular dictū Gregorii Nazianzen: Mihi qvidem res minimè vulgaris, parviqe Spiritus esse videtur, verbi perinde ac tritici mensurā tempestivē cuique dare, & dogmatum nostrorum Veritatem cum iudicio dispensare. Nam si vel maximè qvis non nisi simplicitatem sectari velit, tamen & hic studio ac arte erit opus, quandoquidem ipse Lutherus faslus sit: Einfältig zu predigen sey eine grosse Kunst. Apage ergo istos Doctores simplicitatis, veritatis ruditatis, qui nescio quam simplicitatem, saepius plus quam simplicem & cum extremā Ignorantiā conjunctam somniantes, eruditionem ad solos Pastores oppidanos remittunt. Quasi vero his tantum incumbat.

Orat. Eccl. 6. 13.

Orat. 1.

Collag. Mans.

bat concionibus conscribendis adhibere diligentiam; ipsis autem satis sit, cruda studia in suggestum populisse & vel quicquid in buccam venerit effutisse. Non sic, Vos mei fratres, Absit, à vobis vestrisque pulpitibus execranda ista Ruditas longissimè. Potius acquirite vobis, si forte an nondum factum, adhuc bonum eruditionis gradum, non dicam æqualem cum aliis, officio qui excelsiore funguntur, sed sufficientem saltem. Studete excitare *ἀναπονησίν* dona Dei in vobis, velut sub favillis latitantia, ac ita sedulam studiis navare operam. Videte, ne gratiam Dei in vanum acceperitis; Amulemini meliora *χριστιανα* ac erudimenti in omni sapientia, donec fatis enutriti in sermonibus fidei, bonæque doctrinæ, & profectus vestri manifesti sint in omnibus.

Atque hoc esto pensum antemeridianum. Quo absolo ad ipsam propriè sic dictam Catechesin accingamini, eum quidem in modum, ut horis diei Dominicæ pomeridianis juxta sanctionem piam agendarum nostrarum Ecclesiasticarum cœtus congregetis, congregatos in doctrinâ fidei ad pietatem exerceatis, exercitos per sedulam eorum, quæ in concione explicatiis fuerunt dicta, reiterationem & factam in profectus singulorum inquisitionem, confirmatis. Namque hæc est ipsa illa Orthodoxa, in primitiva Ecclesia quæ obtinuit, Confessio *Gerb. Conf. Cath.* privata (postmodum ad particularia peccata, l. 2. p. 3. p. 1268. pravè detorta) quando in colloquüs mutuis, *Danb. Læd. Cat.* quæ *P. C. 1.*

2. Tim. 1. 6.

2. Cor. VI. 1.

1. Cor. XII. 31.

Ad VII. 22.

1. Tim. IV. 6. 15.

p. 166.

Ad. XV. 32.

L. 4. de doctr.
Christ. c. 10.

(qvæ ab Alloqviis seu sermonibus ad populum
expresse distinguit Augustinus) concionem repe-
tendi ansa dabatur. Ubi certe unius horulæ spa-
tio plus profecit Laicus, qvam triduana concione,

ad Tertull. 1. de
pœnit.

Eph. IV, 13.

Ep. prem. Duci
peccat.

in de Necessis:
Exam. Catech.
cit. Grossgeb.
Wid. Hervst. c. 6.

verba sunt Tertulliani illius Scholiaſtæ B. Rhena-
ni. Qvod si igittur & Vos, uti spero, laudatis hisce
vestigiis insiftatis, erit sanè, qvod gratuler de-
insigni futuro laborum vestrorum fructu. Ete-
nim sicut tandem fiet, ut occurrant, omnes in uni-
tatem fidei & agnitionis filii Dei in virum perfe-
ctum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, ut
jam non sint amplius parvuli fluctuantes & cir-
cumferantur omni vento doctrinæ, in neqvitia ho-
minum, in astutia ad circumventionem erroris.
Sic fiet, ut qvot qvot ex Informatione vestrâ pro-
fecerunt, totidem Christo filii sint geniti, longeq;
majori beneficio à vobis affecti, qvam si cœcis
aspectum, aut mortuis à Deo vitam impetrasse-
tis, ceu alias notanter judicat de Concionibus
Ludovici Granatensis, Prædicatorum Ordinis,
Gregorius Papa XIII. Nec verò erit, cur vos hu-
jus laborum partis diligenter excultæ pœnitere
possit unqvam, quemadmodum quidem pœni-
tuisse legimus celebrem illum Theologum An-
glum, Joseph. Hallum, suarum, qvas per vitæ suæ
tempus oppidò multas habuerat, Concionum,
cum studio è contra Catechetico pauxillulas
saltē horas impendisset, unde Senex factus istas
qvodammodo omnes in damno deputavit, & ut
maxima earundem pars cum Catechetis, si fieri
posset, Informationibus commutaretur, seriò
opta-

optavit. Non ita vobis eveniet, Vos mei fratreſ, ſi maturè in eo ſitis, ut labores veftri in gratiam tam pufillorum, qvam adultorum, & rudiorum æqvæ ac literatorum fuſcipiantur, eā ratione , qva dictum eſt. Poſtqvam enim ſic multos ad iuſtitiam informaveritis, videbitis tandem exultabundi mercedem veftrā copioſiſſimam in cœlis , radiaturi illic cum Doctoribus iuſtitiæ, tanqvam ſtellæ & ſplendor firmamenti.

Cæterum qvæ hactenus de Catechesi in Ecclesiâ tradendâ fuerunt dicta, ea verò ad Scholas qvoqve, ut Pietatis & Virtutum Seminaria, referenda ſunt. Agitote igitur & hic, Fratres in Christo conjunctiſſimi, Scholas cūm publicas , tūm cubiculares, ut vocant, ſive triviales ſingulis, ſi non septimanis , attamen mensibus, adite , & ut in ibi cum literarum elementis cœleſtis doctrina cum laetè qvafī materno iuſtilletur tenerrimis animulis, etiam atq; etiam videte: Non ita omnem curam in præceptores transferatis velim, ut ipſi omnem ſolitudinem abjiciatis. Qvanqvam probus vobis contigit colonus, tamen ſubinde viſit is fundum , & ſi qvid offendit, reqviritis officium , ſi qvid de eſt, expoſtulatis, cur hoc ſit prætermiſſum , qvod non oportuit? & ſi videritis, colonum non reſponde re veftræ ſpe, ſubmovetis ceſſatorem & allegatis alium magis idoneum. Id ſi faciſtis in agello, non idem faciſtis in iis, qvorum æterna agitur ſalus ? Itane vilior erit homo , qvam agellus? Non ita credo. Ipsi ergo Epifcopos agite, ex intervallo , videte, qvid veftri profecerint filii

C

Spir-

Spirituales? &c, num ante omnia timor Domini,
qui est initium sapientiae, animis ipsorum implantetur? Quo faciet, si iussu vestro in singulis classibus publice ab aliquo puerō recitetur, benedictio matutina, vesperi vespertina, cum Oratione Dominica. Symbolo Apostolico, & aliquo Psalmo, præcipue vero 1. 25. 33. 34. 103. 117. aut 121, qui initio tantum ē libro legantur, saepius enim ita lecti & auditī à puerulis, per se memoriae infigentur. Ita non solum pii Præceptores & discipuli gratiam Dei & Spiritus S. assistentiam certo sibi policeri poterunt, sed & Catechetæ habebunt, qvod sperent feliciores in docendo progressus, eventusque salutares.

Neq; gravemini, Patribus familias idem commendare, ipsosqve domatim visitare, experturi, quid valeant humeri sub examen vocati, quid ferre recusent? num sciant congruē ad quæstiones fidei loqui? num teneant Catechismum? num adolescent liberi, ancillæ & servi in timore Domini? qvō, si bene steterint, benedictionem, si male, maledictionem impertiri possitis? Inter alia prohibete Patribus familias seriò usum librorum qvorundam suspectorum. Qualis, verbi gratia, est Baxteri Liber de abnegatione, à multis, ut pretiosum qvoddam ~~καμπάνια~~ asservatus, sed revera Heterodoxus, & qvamplurimis fanaticis, Pelagianis, Calvinianis, Photinianis erroribus refertus. Qvod idem judicium esto de cæteris Anglorum, Sonthoms, Diekii, Baylii &c. scriptis, Quæ nostris Lutheranis alias valde arrident; Sed revera ita comparata sunt, ut vel nullam singula-

gularem præ aliis mereantur laudem, judge B. *Jud. Theol: rep.*
Calovio; vel, rigidius cum B. Hülsemanno loquendo, plane sint absurdæ, & male compositæ, utpote
qvæ nec legem ab Evangelio, nec gratiam à na-
turâ, nec renovationem à justificatione satis
qvidem, uti deberet, distinctè proponunt. Et cui
qvæso ignotus est famosus ille Postillator, Marti-
nus Mollerus, qvem non semel memini audivisse
exscriptum à nostratibus? Næ, reum illum esse
Calvinismi, post Gesnerum plusquam decem è
postillis ipsius de sumptis locis ostendit posse,
dudum afferuit B. Affelmannus noster. Proin
hæc & id genus alia scripta è dominib[us] vestrorum
Auditorum, sicub[us] reperiantur, illico curate eli-
minanda, surrogatis in eorum locum Catechismo
B. Lutheri, alisq[ue]; homogeneis theologoriæ
Lutheranorum scriptis. Et tantum de Doctrina.

Supereft, ut de Vita qvoq[ue] Doctrinæ
conformanda, Vos commonefaciam breviter.
Qvamvis enim verbi efficacia nequaquam depen-
deat à Ministri dignitate, res ipsa tam[en] manife-
stum facit, cursui doctrinæ cœlestis & fructificati-
oni Verbi haud mediocrem remoram objici per
ministrorum improbitatem. Docendi enim auto-
ritas perditur, qvando vox opere non adjuvatur,
Quid enim audias eum, qui seipsum non audit? E
contra pia vita multū omnino facit hanc ad rem,
qvippe qvæ auditorum animos, veluti fulgore
qvodam perstringit, ut in Doctore ipsum qvæsi
Deum, in cuius nomine loquitur, conspicere vi-
deantur. Nam ut obedienter audiatur, qvanta-
cunq[ue] granditate dictionis, majus pondus
habet

*de q. 4. c. Henr.
Nicol: q. 4.
Gewissensw. 6. 7.
ib. 57.*

*v. Aphor. Theol.
de Communic. in
Chr. natur. Ap-
pend.*

I. 4. de doctr.

Chriſt. 6. 27.

2. Tim. III. 2. Tit.

1. 6. 7.

1. Tim. IV. 12.

Ebr. XIII. 7.

Epitaph. Nepos-

ani

Gregor. Pastoral

6. II.

1. Cor. XI. 34.

Sverin. d. 23. Septemb. Anno 1687.

habet vita docentis, recte scribit S. ille praeful Auguſtinus. Hinc S. literæ nil æque urgent, ae ut Episcopus sit irreprehensibilis & inculpatus, i. e. sine criminibus manifestis & voluntariis, ut typus sit fidelium in verbo, in conversatione, in dilectione, in ſpirito, in fide, in castitate, in primis quasi bono ſuo Exempla Virtutes animis auditorum, & ſui quasi effigiem in iis relinqvens, in quam etiam post obitum ipsorum intueti jubet Spiritus S. Unde Hieronymus præclare monet Heliodorum Episcopum, In Te, inquit, omnium oculi diriguntur, Domus tua & conversatio tua quasi in ſpeculo constituta Magistra eſto publicæ disciplinæ, Qvicquid feceris, id ſibi omnes faciendum putant. Cave, ne committas quid, qvod, aut qui reprehendere volunt, dignè laeſſere re videantur, aut, qui imitari, delinqvere cogantur. Proin, Mei Fratres, ſi vultis, ut & veſtra doctrinæ ſuus conſtet fruſtus, à vobis metiſis quælo incipite, & ſic plane vivite, ut nec propria conſientia vos arguat, nec alii jure gravioris alicujus ſceleris accusare poſſint. Populum recturi ipſos prius vos regite, ut, qvo in maiore dignitate p̄r illo conſtituti, eō bene vivendi neceſſitate adſtricti majore. Verbo: Soliter feſtisq; Veſtrū metiatur; ne locum Regiminis aſſumere audeat, ſi adhuc vitium in ſe damaabiliter regnat, ne is, quem crimen depravat proprium, intercessor fieri appetat p̄ culpis aliorum.

Atque ſic tandem p̄ſentes mihi chartæ enatae inque lucem publicam emissa ſunt, à proposito, uti ſpero, nequaquam, à prævaricatione prorsus alienæ. Plura eqvidem inſerere iis potuifsem, Verum, cum ob negotiorum, quæ multa ſunt, meſigetiv, tum, ne modulum Epistolæ excesſiſſe videar, calamum hic pono, cætera diſpoſitus, quando venero. Interim valete & rem ecclesiæ, in honorem.

Altissimi, gerite pie, prudenter, feliciter, & à me pluriorm ac per amanter Salvere,

M. Joh. Schüſſel S.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746160992/phys_0025](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746160992/phys_0025)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn746160992/phys_0027](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746160992/phys_0027)

DFG



gularem præ aliis mereantur laudem, judice Calovio; vel, rigidius cum B. Hülsemanno loquendo, plane sint absurdæ, & male composita, ut p. qvæ nec legem ab Evangelio, nec gratiam à naturâ, nec renovationem à justificatione saqvidem, uti deberet, distinctè proponunt. Et qvæso ignotus est famosus ille Postillator, Magnus Mollerus, qvem non sene memini audiri exscriptum à nostratisbus? Næ, reum illum e Calvinismi, post Gesnerum plusquam decern postillis ipsius de sumptis locis ostendi posse dudum afferuit B. Affelmannus noster. Pro hæc & id genus alia scripta è dominibus vestrorum Auditorum, sicubi reperiantur, illico curate & minanda, surrogatis in eorum locum Catechisi B. Lutheri, alijsq; homogeneis theologorū yrr. Lutheranorum scriptis. Et tantum de Doctrina

Supereft, ut de Vita qvoqve Doctrinæ conformanda, Vos commonefaciam breviter. Qvamvis enim verbi efficacia neqvaqvam depe deat à Ministri dignitate, res ipsa tamen mani stum facit, cursui doctrinæ cœlestis & fructifica oni Verbi haud mediocrem remoram objici pe ministrorum improbitatem. Docendi enim au ritas perditur, qvando vox opere non adjuvatur. Quid enim audias eum, qvi seipsum non audit? contra pia vita multū omnino facit hanc ad rem qvippe qvæ auditorum animos, veluti fulgor qvodam perstringit, ut in Doctore ipsum qv Deum, in cuius nomine loquitur, conspicere v deantur. Nam ut obedienter audiatur, qvanti cunqve granditate dictionis, majus pond habet.



I: rep.
Henr.

W: 6.7.

Theol.
nic. in
r. Ap-

Patch Reference numbers on UTI
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. [redacted]